

Laurea Doctoralis, Viro Clarißimo ac Consultißimo Dn. Caspar-Erardo Varnhagen, Iserlohnio-Westphalo. Anno Aerae Dionysianae MDCXLIII. 3. Non. Iul. ... Cum publicitus solenniterq[ue] Corona, ut & summis in utroq[ue] iure Honoribus, privilegiis ac insignibus Doctoralibus exornaretur

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731866797>


Druck Freier  Zugang



Schönemanns Praktikum
und Schützherren
+ Programm

^{Kist}
Schönemann - Veruhagen.
R. U. Nr. 1643.

12



42.

LAUREA DOCTORALIS,

Viro Clarissimo ac Consultissimo

DN. CASPAR-ERARDO
VARNHAGEN, Iserlohnio-
Westphalo.

Anno Era Dionysiana cto 100 XLIII. 3. Non. Jul.

In Rosarum Athenaeo Idustri

Cum publicitus solenniterq; Coronâ, ut & sum-
mis in utroq; jure Honoribus, privilegiis ac insignibus
Doctoralibus exornaretur.

à

Viro Amplissimo, Consultissimo & Excellentissimo

Dn. HENRICO SCHUCKMANNO

J. U. D. & ordinar. codicis Professore,

promotore,

MAGNIFICO ACADEMIÆ
RECTORE

&

Ad hunc actum promotionis constituto

PROCANCELLARIO

Viro Amplissimo Consultissimo & Excellentissimo

DN. HENRICO RAHN, J. U. D.

& Professore publico.

Contexta,


à


Gentis Gwestphalicæ Natione.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academiae Typographi.

ANNO Era Christiana M. DC. XLIII.





DOCTOR CASPAR-ERARD
VARNHAGEN.

3.

Ἀναγκαμμ.

α. An Te Candor rura ? sparge ; Cardio !

β. Carne necor ; data dura spargor.

γ. Nuper Ars ad arcta ; Ergo condar.

Περσφ.

AN TE RURA *vehit* CANDOR ? SPARGE *in-*
clute, CARDO *hic* !

Ἀπόκρ.

CARNE *NECOR* ; DATA *DURA* *ag.* *passus*
per mare SPARGOR.

Ἐπίλ. **N**UPER *AD* *ARCTA* *potens* *tulit* *ARS*, ERGO
benè CONDAR.

Ἐυνοικῶς καὶ πεδάλως ut ut μετὰ
αἰσῶνς fecit

M. JOHANNES Müller/
Sufat. Westph.

INgenii illustres cumulat Tibi gloria laudes
Et labor extollit, summo dum juris & æqui
Conspicuis titulo, Vir consultissime, splendes,
Justitia applaudens textam virtute corollam
Imponit capiti, multisq; insignibus ornat
Gemmis & tincto dibapho melioribus ostro,
Ergo justitram Te, docte ERARDE! vereri
Jovâ prognatam legum moderamine dextro-
Fas erit, atq; æquo libramine pendere jura:
Sic immortalis laus, sic comitabitur ingens

Atq;

Atq; perennis honos : sic consilia alma gubernans
Principibusconsultor eris, si bella feroces
Intentent hostes, tela & jaculentur in urbem,
Oprata Tu pacis eris non ultimus autor
Injustè data damna cliens si fortè queretur
Justitia vindex acerrimus impia facta
Et scelerum anfractus carpes bonus arbiter æqui
Fausa sient quæcunq; Tuo Respublicademum
Gesserit auspicio, sic major gloria surget
Pennâ fama feret solvi metuente superstes.

Deproperab.

M. Henricus Conrad Sarmichausen/

Deperov.

CHRONOGRAPHICUM.

Q Vos offert, ERARDE, tibi laM PhæbVs honores
ProfICVI patrIa slnt, VoVeo, atqVetVIs.

D D E.

1.

THemis vnser aller Zier/
Vnser Seelen Lust vnd Wonne/
Aller Regimenten Sonne/
Ist gekommen newlich hier/
Daß sie ihre liebste Söhne
Ihren Würden nach bekröne.

2.

Sechse fand sie an der Zahl/
Derer Thun für andern allen
Sie beliebte mit gefallen/
A ij

Welche

Welche sie dann allzumahl
Würdiger als würdig schätzte
Dass sie ihre Müh' ersetzte.

3.

Unter dieser Edlen Schaar
Müsstet ihr mein SEYND auch stehen/
Als den sie geneigt ersehen/
Nun so manches langes Jahr/
Sich omb ihre Gunst bemühen/
Vnd an ihrem Joche ziehen.

4.

Ihre Gunst beut euch ihund
Ihre Brust sie ombzufangen/
Sie erfüllet ewr verlangen
Gibt euch ihren rothen Mund
Hochvergnüget zu beküssen/
Vnd lesst euch die Lust recht büssen.

5.

Hierumb enffert Venus sehr
Vnd wil ihres theils nicht sehen
Euch ihr unverpflichtet gehen/
Sie hat sich verschworen mehr
Als die Themis ewrem leben
An vergnügung zu zugeben.

6.

Sie hat längst euch zugedacht

Was?

Was? dadurch ihr künfftig fühlet
Auch den Brand den ihr jetzt fühlet/
Von Cupidons strenger Macht/
Eine lautre FreudensQuelle
Die euch wol zu Frieden stelle.

7.

Woll! es müsse diese Ehr
Viel ersprießligkeit euch bringen/
Vnd ihr müßet auch erringen
Durch der Liebsten Gunst noch mehr
Freuden/als ihr vor im Herzen
Habt gefühlt an Pein vnd Schmerzen.

Johannes Hasberg
aus Schnabrück.

Cum malè Pieris non sis versatus in armis,
Nec veluti fluctus tempus abire sinas.
En! modò Doctoris nomen, titulumq; reportas
Dignum, quæ meritò digna brabeia tibi.
Digna brabeia tibi nescit violare vetustas;
Te facient veris delitiisq; frui.
Gaude ergò virtute tuâ, clarissime Doctor,
Et servire Deo perge in honore tuo.

Gratani pectore l. m. accinebat
ALBERTUS DE BUSCH,
M. W. LL. Stud.
A 3 Dum

Dum viridi Phœbus cingit tua tempora lauru
VARNHAGI, juris justitiæq; decus:
Næ! nunc VARNHAGI flores crescentis ad instar
Arboris, in pingui qua sata crescit humo.
Sic Dii sudores tibi pensant herculeanos,
Perperam reparant, fœnore honoris, onus.
Ergò DOCTORIS titulum, nomenq; capesse,
Incluta quod tribuit Rostocbiana tibi.
Gratulor inde tibi, fortunet cuncta Jehova
Et tuus aeterno tempore crescat honos.

Honoris & faustæ acclamationis
ergò appof.

ALBERTUS FRIDERUS,
Minda-Westph. LL. Stud.

En jeder hohes Ding wird durch den Fleiß ge-
boren/
Gott steht demselben bey / sonst wehr es noch
verlohren/
Ihr habet durch den Fleiß erlanget diese Ehr/
Mit Gottes trewer hülff / bald wird er geben
mehr.

Clamerus Florinus,
Hunefeldâ Osnab.

En! modo Varnhagius mitram fulgore ruben-
tem
Accipit, atq; caput nunc cingit Laurea honore
His

His ego felices successus ausibus opto,
Atq; novos Musâ latentis gratior honores.

Sic gratul. accinit.

HENRICUS Kullmann/

Herward Westph.

CLare vir, curâ vigili recessus
Abditos juris, latebrasq; legum
Usque voluisti, tibi sic parasti
digna brabeia.

Maeste nunc ergo vir honore tanto,
Atque Doctoris titulum capesse
Inclytæ laudis meritum, labore
digna brabeia.

Hæc piè, Doctor, voco, locato,
Et bonos defende animosus, equâ
Lance res librâ, referes beatis
digna brabeia.

Gratulabundus adponebat

GERHARD Bodde/

Lippâ Westphalus.

CUm tibi Varniacæ plaudant, Vir Clare, Camæ-
Et voveant titulis omnia læta tuis (næ
Ergo tuis merito nunc gratior honoribus amplis:
Sis patrii columen, Luxq; decusq; Soli.

Stephanus Schumacher/
Corbaccensis Waldeccus.

In honorum Doctoralium
Clarissimi & Eximii
DN. VARNHAGII
solennitatem.

Sinceram pectus pol par redimire corollâ
VARNHAGI; tantis dignus erit titulis!
Non titulis vacuam stolidè redolentibus ollam,
Ollam quam mitrà Musa beare vetat;
Doctoris potius titulis pragnantibus: ipsa,
Pregnans quos Pallas censuit eximios!
Eximium decus hoc resono nunc gutture pandam,
Non sonitu rauco, gutture sed resono!
Sic: Ter Jhova Bonus jubeat succrescere famam,
Nominis ut sancti gloria sacra fiet!
Ac patria pariter jubeat succrescere frugem,
Vastata multùm: faxit id alma Trias!

Adfectu conjunctissimo adposuit
BERNHARD GOESMAN,
Lippiâ-Guestphalus.

Summis honoribus

Excellentissimi Viri
DN. VARNHAGEN.
VARNHAGENIUS.

- άναχαρη.
HA! VARNIGENUS.

Gratantur Musæ io! Varniades HA! ha! rident
Pulcrè, quod DOCTOR dicere VARNIGENUS.
Eja! sibi suevit multo sudore labores
Inclÿta sic Pallas dote beare, beat.

DO-

DOCTOR es, hem! JUSTI perstes non DOCTOR in-
IQUI,
JUSTITIÆ ut JUSTUS, JUSTA brabeia feras.

Applaudens ecclinit

JOHANNES Pfenning/

Mengr.-Valdeccus.

Rusticus Ecce graves satagit perferre labores,
Ut tandem capiat cerealia munera largè
Vestiat & teneros vili velamine gnatos.
Sic Tu perpeffus sat multa; ideoq; labore.
Digna petis duro: Capis; En! gratamur honorem.

ALIUD.

Sunt quos labor non arduus,
Pulvisculum contrudere
Olympicum, atq; fervidis
Nec non rotis fumantibus
Vitare metam detinet,
Ut tantum honoris vilia
Vani capeffant præmia
Et vulgus evehat malum
Celfas ad ædes cœlitum.
Sed TU Rosarum gnaviter
Quod quæffisti limina,
Ubi Themis sacrarium
Construxit alma filiis;

B

Hinc

Hinc tū creantur maxima
Honoris Ecce! præmia.

Inter occupationes app.

MEINHARDUS MOLANUS,
Quakenbrugâ-Westph.

Alcides quondam voluebat pectore secum,
Quem Vita statum deligeretq; viam:
Ecce venit virtus hinc ac inimica voluptas,
Quæ juuveni subito dissona verba canunt:
Ardua nam virtus frigusq; famemq; ferendum
Ostendit, tandem quod sed honoris habet:
Altera dissuadet quicquam perferre laboris
Vivere sed lautè, letitiâq; frui:
Non ea tu curas quæ spondet blanda Voluptas,
Nec durum, Doct̃or de venerande, fugis
Sapies insomnes voluisti ducere noctes
Sapies atq; famem & pertolerare sitim,
Ergò tibi merito Virtus decernit honorem,
Atq; tuum memori spargit in orbe decus;
Hinc te natorum celebrabit tardior ætas,
Efferet & clarum nomen ad astra tuum.

Justus Johannes Ottonis,
Holtzmindensis.

Par

PAr Musa foret si mea laudibus
Tuis canendis, *Gwestphalia* decus,
Legum Sacerdos atque Iuris,
Te canerem meliore plectro.
Sed quorsum abis, quò mens mea me rapis?
Qui posset augustas metricis modis
Cantare laudes & referre
Vena liquore carens Maronis?
Hoc addo votum: quos titulos habes,
In ore semper posteritas ferat,
Excelsa, *Doctor*, laus virescat,
Teq; piicelebrent Nepotes.

BALTHASAR Schilmejer/
Osn. Westph.

Inclita Juridica penetrare sacraria Divæ
Laus est, eximiam famam titulumq; meretur.
Volvere sollicitè spatiosa volumina juris
Laus virtutis erit, seculo durabilis omni.
Ergo tuam, *Doctor*, post mortem vivere famam
Quis dubitet? nomenq; tuum clarescere in ævum?

Hæc honoris & amoris ergo
apposuit


Andreas Coccaus, Lemgo-
viâ Westph.


Dum

DUm summos avidè captas sudoris honores,
VARNHAGI, acclamat sic mea Musa tibi!
En! DOCTOR Veriq; tenax pertæsus iniquum
Ut semper, faxis, nomine req; fies.

Johannes **Grasse**/Menger-
husio Waldecus.







the scale towards document

suecessus ausibus opto,
Musâ latanti grator honores.

Sic gratul. accinit.

HENRICUS Kullmann/
Herward Westph.

*re vir, curâ vigili recessus
ditos juris, latebrasq; legum
coluisti, tibi sic parasti
digna brabeia.*

*nunc ergo vir honore tanto,
Doctoris titulum capesse
audis meritum labore
digna brabeia.*

*Doctor, voco, locato,
defende animosus, equâ
s libra, referes beatis
digna brabeia.*

Gratulabundus adponebat
GERHARD Bodde/
Lippâ Westphalus.

*arniacæ plaudant, Vir Clare, Camæ-
ant titulis omnia læta tuis (næ
to nunc grator honoribus amplis:
columen, Luxq; decusq; Soli.*

Stephanus Schumacher/
Corbaccensis Waldeccus.

A 3

In